DISPUTATIO MEDICA

DE

PHTHISI PULMONALI.

4

DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS,

DE

PHTHISI PULMONALI;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,

D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NECNON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu; et Nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ Decreto;

PRO

GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

JOANNES MITCHELL, A. M.

SCOTUS.

Ad diem 24. Junii, horâ locoque solitis.

Quò fugit Venus? heu! quòve color decens?
Quò motus? quid habes illius, illius,
Quæ spirabat amores?
Quæ me surpuerat mihi. ——

Hor.

EDINBURGI:

EXCUDEBANT ADAMUS NEILL ET SOCII.

M DCCCI.

DAVIDI HUNTER BLAIR,

BARONETTO, DE BROWNHILL,

ET

JACOBO HUNTER BLAIR,

ARMIGERO, DE DUNSKEY,

INGENUIS MAGNÆQUE SPEI ADOLESCENTIBUS,

FAMILIA ANTIQUA, HONESTISSIMAQUE,

(DEUM OBSECRO UT PATREM REFERANT !)

HAUD MINUS ANIMI DOTIBUS,

VITÆ INTEGRITATE,

ET SUMMA AMORE ERGA PATRIAM SUOSQUE,

ORNATIS ;

DISCIPULIS QUONDAM CARIS,

AMICIS NUNC FIDELIBUS,

PATRONIS ETIAM,

DULCIQUE DECORI MEO,

HANC

DISSERTATIONEM INAUGURALEM,

ANIMI GRATI OBSERVANTISSIMIQUE

TESTIMONIUM,

D. D. CQUE

JOANNES MITCHELL.

ERRATA.

Pag. 20	lin. 16	*pro* nulla	*lege*	nullus
28	13	ſoli		ſole
40	1	jucundæ		jucundi

DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

PHTHISI PULMONALI.

DE phthisi pulmonali, partim quæ ex auctoribus optimis collegi, partim quæ egomet vidi, pauca disserere in animo est. Morbus enim, sub nostro Jove præsertim, haud rarò occurrit; et nemini omnium fortasse vita tam læta et secunda fuit, ut amicum fidelem, aut propinquum carum, hâc peste ad inferos missum, non desiderat, atque plorat.

Juvenes vix togam v rilem aſſumpſerunt, quum n hunc morbum incidendi eſt periculum. Nec puellæ jam viris maturæ, magìs in tuto poſitæ ſunt. Cum utroque ſexu, quindecim aut ſedecim nato, donec triginta pluresve annos compleverint, bellum mœſtuoſum gerere ſolet.

Immò, ſi quis ingenio, animi dotibus, aut formâ, aut pulchritudine ſit inſignis, hanc peſtem præter alios timeat et caveat; præcipue iis anni temporibus, quum cœlum maximè variat, nunc calet, nunc friget, rores imbresque cadunt. Qualis hujus morbi, a carcere uſque ad metam ſit progreſſus, aut hiſtoria ejus; quæ ſint cauſæ; qualis diagnoſis, et prognoſis; poſtremò quæ ſit ratio medendi, breviter exponere mihi propoſui.

HISTORIA MORBI.

Phthisis Pulmonalis, a cel. Culleno, de humano genere optimè merito, ſic definitur: " Corporis

"Corporis emaciatio et debilitas, cum tuſſi, febre hectica, et plerumque expectoratione purulenta."

Idem auctor in duas dividit ſpecies, nempe, Incipientem et Confirmatam. Pace autem tanti viri, magìs fortaſſe convenit, has ſpecies, ſtadia ſolum ejuſdem morbi diverſa haberi. Nonnullis etiam placuit ſtadia notare tria, quibus nomina Tuberculoſo, Inflammato, Ulcerato, indita fuerunt. Sed hæc diviſio quid ad rem attinet? quoniam ſua ſigna cuique ſtadio accuratè tribuere non poſſumus, et quoniam, ut multi credunt, phthiſis omninò ſine tuberculis adſit. In enumerandis igitur ſignis morbi, de quo agimus, ſtadia notare duo, viz. Incipiens et Confirmatum, potius fert animus.

In ſtadio incipiente, adeſt quædam pulmonum titillatio, quæ tuſſim brevem, plerumque ſiccam, nonnunquam ſpumoſam, frequenter ciet. Reſpiratio, adhuc, ſatis libera manet, aut tantùm paululùm celerior, et difficilior evadit, quum curritur, aut in locum edi-

tum

tum afcenditur. Eft autem dolori, infpiratio plenior, motus artuum, et corporis exercitatio labori; ponderis in quadam parte thoracis, in latere, fæpe fub fterno, adeft fenfus; et totum pectus quafi chordis aftringi videtur.

Æger non ludis neque exercitationibus folitis gaudet, foras ambulare recufat, animum ad negotia fua, ut olim, tendere non curat; languor enim et debilitas ejus membra occupaverunt. Veruntamen fatis hilaris eft, nil timet, catarrho folo laborare fibi perfuadet; et fecundæ valetudinis citò rediturae, fpem pafcit inanem. Nec mens fibi fallere videtur; nam identidem, tuffis rariùs vexat, pectus minùs dolet, pulmones liberè et impunè vefcuntur aura. At haud longum poft intervallum, aut fine ulla caufa evidente, aut frigore corpori admoto, omnis turba malorum revertitur; mox iterum gradum refert, mox iterum impetum facit.

Per complures menfes, aut etiam annos, res ita fe habent; et æger nec fecundâ nec magnoperè adversâ fruitur valetudine. Tandem autem

autem omnia ingravescunt; tussis sæpius urget; respiratio fit majori oneri, atque labori. Dolores primò fugaces, et lanceolæ puncturæ similes, fixi in alto pectore manent. Expectoratio adhuc nulla, vel minima, magnoperè augetur; nunc viridis, nunc flava, sæpe crassa, et sanguine striata. Pulsus fit celer, aliquando plenus et fortis, plerumque parvus atque debilis. Morbo ita progrediente, alvus ferè adstricta est, appetitus cibi variat, interdum nausea et vomitus adsunt, sæpe dolor est capiti, et decubitus in uno vel altero latere difficilis.

Tum demum febris hectica, novâ cohorte malorum comitante, accenditur, et nunc omnia indies in pejora ruunt. CULLENUS, in definitione hecticæ, his verbis utitur aptissimis: "Febris quotidiè revertens, accessionibus meridianis, et vespertinis, remissione, rariùs apyrexiâ matutinâ, plerumque sudoribus nocturnis, et urina sedimentum furfuraceo-lateritium deponente." Febrem hecticam, duas accessiones, viz. meridianam et vespertinam, singulis diebus

diebus habere, multis persuasum est. Meridiana autem accessio aut nulla est, aut adeò levis, ut vix notare licet; at sine dubio paroxysmum vespertinum adesse oportet.

Ordine febris non turbato, infelix reverà calidior, sensu frigoris laborat, atque horrescit; mox omnis calet, præsertim manuum volæ, plantæque pedum. Tandem luce appropinquante, si morbus inveteraverit, sudor, nomine *colliquativus*, nunc circa caput, aut pectus, raró ubique æqualiter, manat. Per longam noctem æger sic laborat; interdum brevi somno fruitur; et, mirabile dictu, animo hilari et spei pleno manè surgit. Haud longa autem est requies; nam circa meridiem hectica recurrit, et quatuor aut quinque horas, ut antea, vexat infelicem.

Dum hæc aguntur, pulsus plerumque exilis, et debilis, fit adeò frequens, ut temporis minuto, ad centies et vicies, aut etiam sæpius, micat. Genæ aliàs pallidæ, ruboribus circumscriptis rutilæ splendent.

Paroxysmus

Paroxyſmus autem hecticus, non ſemper hunc curſum ſequitur regularem. Modò æger tantùm horreſcit, modò quum horruerit protinùs inſudat; modò calet, nec præeunte algore, nec ſequente ſudore; modò etiam ſine frigoris calorisve ſenſu, copioſus ſudor promovetur; interdum ſudore peracto, febre haud abeunte, horror de integro redibit. De hac re, (ſi ejus verbis uti fas ſit), ita loquitur HEBERDEN: "When the ſweat is over, the fever will ſometimes continue, and in the middle of the fever the chilneſs will return, which is a moſt certain mark of this fever. Almoſt all others begin with a chilneſs, but the return of it, ſo as to laſt half an hour or longer, while the fever is ſtrong upon the patient, is what I have never ſeen, except only in this fever." Quos vexat hectica, ab eodem accepimus, ii interdum per complures dies, bonâ valetudine fruuntur; ſaltem paroxyſmi adeò non moleſti ſunt, ut æger a morbo prorſùs vacare ſibi perſuadet. Paroxyſmi vagi ſæpius eodem die nonnunquam videantur;

qui

qui tamen, ut primi hecticæ conatus, aut phthisi ingravescente, fortuitæ morbi exacerbationes, ex cibo incautè sumpto aliisve causis excitantibus habeantur.

Ineunte hecticâ, alvus plerumque adstricta est; provectiore autem, diarrhœa colliquativa, cum sudore alternans, ægrum exhaurit. Cutis, nisi sudore manante, sicca, dura, et pallida est. Per linguam et fauces internas, primò satis humidas, læves atque nitidas, aphthæ apparent. Halitûs fœtor ferè intolerabilis est. Insignia mœsta faciei Hippocraticæ totum vultum deformant. Cava sunt lumina; tunicæ conjunctivæ subalbido sunt colore, et margaritæ simili; pupillæ dilatantur; alæ nasi porriguntur; genæ nunc squalidæ, nunc partim rutilæ, acuuntur, tantâque atrophiâ absumuntur, ut ossium formam, præcipue malæ, planè licet videre. Summa macies est fronti, et sudor frigidus guttatim distillans; capilli decidunt; fæces liquidæ et perfœtidæ, clam ægrotum fluunt.

Nunc

Nunc omnes functiones languent. Mens aliena, deliraque evadit. Macies extrema toti corpori formam eripit amabilem; digiti manuum semilucidi fiunt; ungues curvantur; pedes œdema occupat; per omnia membra serpit frigus, et sudor, conatus ferè ultimus cordis, passim, circa caput præcipuè, digitosque manuum summos, manare aut potiùs stare videatur. Nunc mors in limine adest.

CAUSÆ REMOTÆ.

Causæ remotæ alicujus morbi, vulgò in Prædisponentes et Excitantes dividuntur. De prædisponentibus primò breviter tractandum est; et prout ad conformationem corporis, ad seminium hæreditarium, atque ætatem, spectant.

Quandam corporis conformationem, morbum, de quo agimus, quasi proprium sibi vindicare, nemini dubitandum est. In iis homi-

nibus maximè valet, quibus procera ſit ſtatura, longa cervix, præcordia depreſſa, elatique humeri. Sæpe autem thoracis deformitate ex ſpina, et coſtis malè curvatis, ſternoque propiùs in poſitionem horizontalem redacto, Phthiſis viget. Hæc enim figura, pulmones in anguſtiam cogit, eorumque motus minùs faciles reddit. Hinc plethora pulmonum, obſtructiones, &c. glandularum lymphaticarum, oriuntur. Qui porrò huic morbo ſunt proni, iis haud raró mens varia et mutabilis eſt, animi ſenſibilitas, et ſummum ingenii acumen.

Seminium a parentibus traditum eſſe, omnes ad unum conſentiunt. Multis etiam placuit, hanc labem hæreditariam eſſe ſcrofuloſam, et ſcrofulam et phthiſin eundem eſſe morbum, varias partes corporis afficientem. Opinio hæc ſanè veriſimilis eſt; duo enim morbi multa inter ſe communia habent. Eædem ſunt cauſæ excitantes, eadem corporis conformatio, idem vultus eximius; genæ roſeæ; columnæ naſi tumidæ; labii ſuperioris tumor atque fiſſura; iidem capilli molles, ſæpe al-

bidi,

bidi, aut ſlavi coloris; eadem lævis cutis, muſculi ſlaccidi; idem denique totum corpus nitidum et formoſum: Præterea, iidem homines, eorumque parentes et propinqui, nunc ſcrofulâ nunc phthiſi laborant.

Ætatem, quæ maximè huic morbo faveat, inter quindecim et triginta pluresve annos, jacere videtur. Validis autem cauſis excitantibus, phthiſis citiùs aut ſeriùs valere poteſt. Cel. GREGORIUS puellam undecim annos natam, quum rubeolâ laborâſſet, phthiſi captam eſſe memorat; atque etiam ſenes hoc morbo tabeſcere vidit.

CAUSÆ EXCITANTES.

HÆMOPTYSIS, vulnere pulmonum per primam intentionem non ſaneſcente, ulcus et phthiſin efficere traditur. Quoties autem hæmoptyſis a cauſa externa vel interna extitit, immo quoties per longam vitam omninò ſine

ſine phthiſi, (ut multis exemplis confirmare poſſem), iterum iterumque recurrit? Ab hac igitur ſtirpe, ut opinor, non niſi quodam ſtatu corporis cachectico, adhuc ignoto, enaſcitur phthiſis pulmonalis. Et ſi tuberculæ adſint, potiùs comes et effectus, quàm cauſa, habenda eſt.

Catarrhus, qui plerumque mitis eſt morbus, citò ſuâ ſponte abiturus, raró aut nunquam phthiſis cauſa eſſe videtur. Fieri autem poteſt, ut hic morbus in inflammationem pulmonum, et ſuppurationem, tranſeat, aut, quod magìs credo, pulmonibus ſæpe et violenter agitatis, tubercula gignantur, augeantur, vel inflammentur. Quinetiam pulmones et cutis, officio communi, viz. cujuſdam vaporis ejiciendi, funguntur. At in catarrho, cutis conſtricta eſt, perſpiratio ſuppreſſa, aut magnoperè imminuta. Fluida igitur, tranſitu per cutim clauſo, in pulmones majore copiâ irruunt, et ſi non citò exhalantur, plethoram creent, acrida fiant, pulmonibus irritationem, tuberculisque originem præbeant. Sed catarrhus

tarrhus et phthiſis incipiens, interdum adeò ſimiles ſunt, ut alter ab altero haud facilè dignoſcitur; et tuſſis utriusque morbi ſæpe ab eadem cauſa oritur, ſcil. frigore corpori applicato.

Pneumonia, ſi in vomicam tranſeat, hujus morbi cauſa eſſe, fertur. At certè ſcimus, phthiſin ex vomica in bronchias rumpente minimè neceſſariò oriri; pus enim ſatis mite et laudabile ſæpe effunditur, omne excreatur, ulcus ſanatur, et pulmones ut antea ſe bene habent: Ulcus in pulmonibus igitur fortaſſe non hecticæ fons erit, niſi ſeminium phthiſicum puri quandam acredinem præbuerit.

Aſthma, ut multi putant, alia eſt cauſa phthiſi pulmonali. At plurimis qui aſthmate laborare ſolent, non phthiſis, ſed longa et matura ſenectus, mortem conſcivit. Aſthma autem, ſi non cauſa, ſaltem aliis cauſis haud parvo erit auxilio.

A *tuberculis* raró, hìc et illic per parenchyma pulmonum diſperſis, ramulos tracheæ et vaſa comprimentibus, atque in inflammatio-

nem

nem et ſuppurationem facilè tranſeuntibus, tuſſim et febrem hecticam, omniaque cætera mala, perſæpe oriri, nemo negare poteſt. Pulmonibus ita affectis rimatis, hìc inveniuntur tubercula; quæ inciſa, ſubſtantiam gypſeam, ſteatomatoſam, melleam, vel ſubtendineam, oſtendunt; hìc apparent multæ cavitates parvæ, interdum tantùm una vel duæ vomicæ amplæ, fluida varii coloris et craſſitiei continentes, clauſæ, vel in bronchias rumpentes. Interdum etiam, non ſolùm pauci noduli, ſeminum milii aut fabæ ſimiles, ſed totus lobus durus et ſchirroſus perſpici poſſit. De tuberculorum origine, ita loquitur MORTONUS *: "Quantùm mihi adhuc, vel a cadaverum inſpectione, vel ipsâ ratione, aſſequi contigit, tuberculum crudum naſcitur ab obſtructione alicujus glanduloſæ partis; ubi, ſcilicet, plus lymphæ, ſeu ſeri, a ſanguine ſecernitur, quàm per ductum glandulæ excernitur; quo fit ut pars affecta ab incluſo ſero nimis diſtenta, naturali

* Vid. vol. ii.

turali ſuo tono privatur, atque inde influens, ſeu ſecretum, ſerum excernere ulterius nequit; ita etiam incluſa lympha, non amplius a novo influente ſero renovata, paulatim ſicceſcit, atque induréſcit; unde oritur renitens quædam durities, ſeu tuberculum, quod, (ut alio loco legimus), licèt progreſſu temporis in mollem ſatis grandem ſuccreſcat, non tamen illico inflammatur, vel putreſcit, uſquedum, ſcil. acrimonia ab humore contracta in cyſtide, vel ex tono partis nimis diſtento, inflammatio, atque inde apoſtema, ab aliquo accidente ſuperveniat."

Cauſæ, quæ tubercula procreant, variæ enumerantur; viz. acrimoniæ variolæ, rubeolæ, ſcorbuti, ſyphilis, &c. quæ glandulas per quas tranſeant, irritare, et tuberculis viam ſternere, habentur. Variæ etiam materiæ cum ſpiritu inhalatæ, vel calculi internè generati, quaſi mechanicè pulmonibus irritandis, tubercula producere, ab omnibus ſcriptoribus traduntur.

Celeberrimo Gregorio * perſuaſum eſt, omnes

* In Prælect. Acad.

omnes caufas fupradictas, non nifi quodam feminio auxiliante, tubercula gignere poffe; hoc autem feminium, nihil aliud quàm labem fcrofulofam, quæ alio tempore cervices, alio pulmonum glandulas, exercere gaudet. De hac re, hæc funt verba CULLENI, quibus nullis rectiùs uti poffum: " It is very probable, that the acrimony which thus difcovers itfelf in the ulcers, exifted before, and produced the tubercles themfelves, and it is to this acrimony that we muft trace up the caufe of the phthifis following thefe tubercles. This acrimony is probably in different cafes of different kinds. In one cafe, and that too a very frequent one, of phthifis, it appears, that the noxious acrimony is of the fame kind with that which prevails in the fcrofula. This may be concluded from obferving, that a phthifis, at its ufual periods, frequently attacks perfons born of fcrofulous parents; that very often, when the phthifis appears, there occur,

* Vide " Firft Lines," vol. ii.

occur, at the ſame time, ſome lymphatic tumors in the external parts: and very often I have found, (dicit idem auctor), the tabes meſenterica, which is a ſcrofulous affection, joined with the phthiſis pulmonalis. To all this I would add, that even, when no ſcrofulous affection has either preceded or accompanied a phthiſis, this laſt however moſt commonly affects perſons of a habit reſembling the ſcrofulous."

Ingenioſ. BEDDOES *, hujus morbi, novam theoriam proponit, multoque acumine defendit. Huic eruditiſſimo medico perſuaſum eſt, omnia ſigna, quæ phthiſin adeſſe notant, ex hyper-oxygenato ſtatu corporis naſci. Ad hanc opinionem confirmandam, inter alia, his utitur argumentis: Mulieres phthiſi laborantes, quamdiu gravidæ ſunt, tamdiu ſæpe proſperâ valetudine fruuntur; at, partu edito, denuo in hunc fatalem morbum incidere ſolent. In gravidis autem, ut BEDDOES

C putat,

* Vid. ejus Med. Obſerv.

putat, ex magnâ copiâ ad fœtum miſsâ, multò minùs oxygenii adeſſe oportet. Rutilis et vividus genæ rubor circumſcriptus, Anglicè "*hectic flush*," alii eſt argumento. Color rubicundus labiorum, linguæ, faucium, et caruncularum lachrymalium, peculiaris floridus ſanguinis color ex phthiſicis miſſi, experimenta a FOURCROY facta, qui cum gas oxygenium phthiſicis inhalandum dederit, omnia ingraveſcere, oxygenio autem omiſſo, phthiſin ut antea mitem fieri invenit. Experimenta quoque a LAVOISIER et ipſo inſtituta, quæ omnia animalia, gas oxygenium inſpirare coacta, haud multò pòſt, febribus ſynochis, aliiſque morbis inflammatoriis affligi, et ſi gas atmoſphericum non admiſſum erat pro certò mortem obiri, nos faciunt certiores. Omnia hæc, BEDDOES judicante, corpus phthiſicum, plùs ſatis oxygenii eſſe ſaturatum, planè arguere videntur. Porrò, LIND teſte, ſcorbutus rarò phthiſicos invadit, quia, ut BEDDOES putat, diatheſi ſcorbuticæ eſt minùs oxygenii quàm phthiſicæ opus eſt. At omnia, quibus hanc

opinionem

opinionem vult confirmare, argumenta exponere, certè longiùs provehar. Theoria hæc, an vera an falsa sit, dicere non meum est, ut qui in re medica adhuc inexpertus sum.

Opinionem CULLENI, hecticam, nisi ex quâdam acrimoniâ ulceribus absorptâ, nunquam oriri, experientia parùm confirmare videtur. Hecticæ enim, quum ulceris signa sunt nulla, exempla quotidie observanda. Illustrissimus GREGORIUS *, exemplum memorat talis hecticæ in puellâ, quæ, viribus diarrhœâ prostratis, tandem hâc febre correpta fuit. Ipse etiam hecticâ a pneumonia ortâ laboravit; expectoratio autem purulenta nulla, et minima quæ aderat, lucida, amyloque erat similis. Quinetiam phthisicorum, quibus, præter expectorationem purulentam, omnia erant signa, haud desunt exempla. Diabete hæmorrhagiâ, aliisque morbis, qui veluti corpus exhauriunt debilitantque, haud raró hectica oriri videnda

* In Prælect. Acad.

denda eſt. Nec ſemper purulentiam a cancere, ſcrofulâ, aut vulnere natam, hæc febris ſequitur. Sed de hac re quid opus eſt verbis? Quoniam alia ſententia eſt alio medico; nonne originem, vel cauſam proximam hujus febris mortiferæ, atrâ caligine adhuc eſſe ſubmerſam, nobis, quanquam invitò, confitendum eſt?

DIAGNOSIS.

Ab omnibus aliis morbis, catarrho excepto, ſignis præeuntibus, et conjunctis obſervatis, phthiſin cuique medico dignoſcere licet.

Sed catarrhus et phthiſis incipiens, interdum adeò ſunt ſimiles, ut etiam ſolerti medico, diagnoſis valdè difficilis ſit. Catarrho hæc plerumque ſunt ſigna: Tuſſis humida, coryza, reſpiratio ſatis libera, dolor pectoris aut nulla aut levis, decubitus in quovis latere facilis; febris, ſi ulla adſit, ſynocha.

Phthiſi

Phthisi autem tussis sub initio sicca et brevis est, dyspnœa, dolor, et in thorace pondus. Præterea languor, debilitas, et, morbo provectiore, macies, anorexia et febris typhodes, phthisin adesse planè demonstrant.

At catarrho diu manente, expectoratio fieri purulenta videtur. Quibus signis igitur, aliquis rogat, mucum catarrhalem a pure phthisico discernere possumus? Signa multa quidem scriptoribus memorata sunt, quæ tamen nullam certam diagnosin præbent.

Hæc signa diagnostica vulgò enumerantur: mucus lucidus est, plerumque tenuis, pus semper opacum et crassum. Mucus in aqua natat, haud facilè dispertitur, sed in massas conglomeratur. Pus, e contrario, petit fundum, et, aquâ agitatâ, quasi in flocculos frangitur; muco nullus est odor, puri fœtor sæpe intolerabilis. Si materia expectorata colore et crassitie variat, partim lucida et opaca, partim flava et viridis, partim tenuis et crassa, partim denique sanguine striata, pus habenda est.

A chemicis experimentis a Carolo Darwin inſtitutis, alia ſigna diagnoſtica memorata ſunt. Ex his experimentis, acidum vitriolicum mucum et pus, at faciliùs priorem, ſolvere fertur; et cum tali ſolutione ſi aqua admixta fuerit, mucum, aut natare, aut in flocculos dividi, et in liquore ſuſpendi; pus autem imum petere, vel ſolutione agitatâ, liquorem ubique fieri turbidum. Cauſticam ammoniam, mucum et plerumque pus diſſolvere, eadem experimenta probant; et aquam tali ſolutioni additam, pus, ſed non mucum, præcipitare poſſe. Hæc autem experimenta chemica, ut Gregorius et alii ſolertiſſimi medici opinantur, hunc eſſe mucum, illud pus, ſigna minima certa præbent, et nos in dubio ut antea relinquunt. Ex aliis igitur ſignis hecticam comitantibus, quorum non deſunt multa, haud purulentâ expectoratione ſolâ, phthiſin pro certo adeſſe concludere debemus.

PROGNOSIS.

Huic morbo imminenti, artem noſtram ſæpe proſperè obviam ire, impetu autem facto, rarò aut nunquam victoriâ potiri poſſe, omnes medicos ingenuos agnoſcere decet. In phthiſi incipiente, prognoſis ſemper anceps eſt; in confirmata plerumque infauſta. Nonnulli verò hoc morbo correpti, et in ultimo lethi diſcrimine diu verſati, nihilominus in priſtinam valetudinem redierunt. Si alicui vires haud multùm erint imminutæ, ſeminium parùm manifeſtum, appetitus cibi manſerit, quanquam tuſſis, dyſpnœa, et dolor pectoris interdum vexaverint, de tali non omninò adhuc deſperandum eſt. Si autem labes erit hæreditaria, febris hectica, diarrhœa, ſudores colliquativi, macies ſumma, et debilitas, ſine dubio de ægro infelici actum eſt. Quum igitur an exitus fauſtus, vel infauſtus ſit futurus, judicare velimus; utrùm ſigna mitia an gravia ſint, nuper acceſſerint,

accesserint, vel jamdiu manserint, ante omnia, utrùm seminium hæreditarium sese ostenderit, nobis sedulò animadvertendum est.

RATIO MEDENDI.

Ratio hujus morbi medendi, in tres partes dividi potest, quibus hæc nomina indita sint: Ratio Prophylactica, Curativa, et Palliativa.

Prophylactica.—Qui nimis lautè et liberè, vel nimis parcè et duriter, vivere solent, ii æquè huic morbo sunt proni. Quoties enim liberos divitum, satis nitidos et pingues, in phthisin incidere videmus? Quoties pauperum natos, tumoribus scrofulosis, tabe mesentericâ, vel phthisi ipso, languescere et mori?

Victus plenior corpus onerat, plethoricum, et morbis phlogisticis aptius reddit. Victus durior corpus debilitat, inanit, aëris mutationi sensibilius facit, fluida corrumpit, et seminio strumoso

ſtrumoſo magnoperè favet. Cibo igitur uti, partim animali, partim vegetabili, omnium phthiſicorum intereſt.

Minùs huic morbo proclives ſunt omnes qui multùm ſub divo vivunt, ruſticis exercitationibus delectantur, modico labore utuntur. Ingenioſ. BEDDOES * dicit, carnarios, nautas, piſcatores, aratores, paſtores, phthiſi minimè deditos eſſe. "Certain claſſes (inquit) are leſs liable than others to conſumption, either becauſe the exhalations to which they are expoſed, preſerve the lungs in a healthy ſtate, or, becauſe they acquire, from their mode of life, a habit leſs ſuſceptible of the complaint."

Omnibus, e contrario, qui occupationes ſedentarias exercent, qui otioſè ſub tectis vitam agunt, qui ſtudiis nocturnis gaudent, morbus, de quo agitur, magnoperè pertimeſcendus eſt. "Hic enim modus vitæ, (ut CELSUS ait), corpus effœminat, nervos emollit, ſtomachum ſolvit."

* Vid. "Eſſay on Conſumption."

ſolvit." Juniores igitur oportet, præſertim a phthiſicis natos, (ut verbis ejuſdem utar), "varium habere vitæ genus, modò rure eſſe, modò in urbe, ſæpiusque in agro, navigare, venari, quieſcère interdum, ſed frequentiùs ſe exercere; ſiquidem ignavia corpus hebetat, labor firmat; illa maturam ſenectutem, hic longam adoleſcentiam reddit." Qui voluptati nimis ſtudent, Venerem ſæpius petunt, Baccho plùs ſatis delectantur, ii celerrimè ægrotant et ſeneſcunt. Sin autem juniores, quibus phthiſicum eſt ſeminium, ita vitam tranſeant, ſanè parva diſcrimina ſunt lethi.

Si aliquis phthiſin procul abeſſe velit, totum corpus lanæ ſemper veſtiant. Talis enim veſtitus fluida a pulmonibus ad cutem illicit; corpus patiens nunc frigoris nunc caloris reddit.

Præterea qui hunc morbum timeat, ſæpe in balneum tepidum (ut Beddòes et alii jubent) deſcendat. Unanimi ferè conſenſu balneum gelidum phthiſicis inimicum eſſe habetur. At balneum tepidum ex multorum ſententiis,

tiis, nervos et artus non relaxat et ſolvit, ſed potiùs firmat roberatque. BEDDOES iis, quorum propinqui phthiſici mortui ſunt, commendare ſolet, et ita dicit: "Senſible benefit is received by moſt of them; permanent benefit by ſeveral; injury by none." Attamen, morbo provectiore, balneo etiam tepido, ut ancipite et periculoſo, haud temerè utendum eſt.

CURATIVA.—Si plethora et ſigna inflammatoria adſint, regimine antiphlogiſtico, frigore excepto, uti oportet. Si valdè doleat pectus, febris ſynocha adſit, et vires non imminutæ, ſanguis mittatur, emplaſtrum epiſpaſticum parti dolenti applicetur; hirudines admoveantur; opus eſt quoque ſetaceis vel fonticulis. Alvus ſi adſtricta, ſolvenda eſt. Multùm prodeſt cibus ex farina, fructibus acidis, et lacte. Lac humanum, nonnulli collaudunt; alii equinum, alii aſininum: aliis verò ſerum e lacte caprino, magìs placuit. Potus ſit acidus, emolliens, refrigerans.

Sed

Sed rarò res ita ſe habent. Nam languor, macies, aliaque ſigna debilitatis, phthiſin ſæpius comitantur. Nunc igitur victus ſit generoſior, nunc carne et vino opus eſt. Cibus denique talis eſſe debet, qualis facillimè concoquitur, maximè alit, minimè ſtimulat.

Quoniam hic morbus in quibuſdam locis ſæpiſſime, in aliis rarò aut nunquam, occurrit; quæ regio terræ phthiſicis maximè rideat, operæ ſit pretium explorare. Cœlum noſtrum ſeptentrionale, humidum, atque in horas mutabile, ſanè valdè inimicum eſt. Hæc feliciora ſunt loca, quæ ſoli propiore calent, et quorum cœla minimè variant. Gallia Meridionalis, Luſitania, Italia, et inſula Madeiræ, ab omnibus ferè medicis laudantur. Beddoes autem, et alii nobis perſuadere volunt, has regiones, phthiſicis haud multùm prodeſſe; ibi quoque hunc morbum vigere; et Indiam ſolam Occidentalem et Orientalem ab hac peſte prorſùs vacare. Sed complures juniores quibus hic morbus imminebat, immò etiam invaſerat, in Italiam vel Galliam emigrâſſe,

grâsse, ibi bonâ valetudine usos esse, et phthisicâ ætate peractâ, in patriam rediisse, et longam vitam hujus morbi expertam transîsse, certiores facti sumus. At sæpius frustrà in has terras transitur. Nec est quare miremur, quoniam plerumque non priùs a patria aufugitur, quàm morbus longè et latè vires, omniaque membra vastavit, et mors jam in limine adest. Si aliquis igitur phthisi aut pronus, aut eâ jam correptus fuerit, in Angliam Australem proficisci, aut si fieri possit peregrinari oportet.

Exercitatio phthisicis sæpe multùm prodest. Si autem signa inflammatoria, aut magna debilitas adsint, fortasse semper est inimica. Nonnulli, phthisicos, ambulare jubent; alii equitationem laudant; SYDENHAMUS etiam inquit, vehi equo tam certum esse specificum phthisi quàm hydrargyrum syphili, aut corticem Peruvianum febribus intermittentibus. Hunc autem eruditissimum medicum in hoc vehementer errare, experientia omnes confiteri cogit. CULLENUS dicit, in "Primis Lineis,"

neis," equitationem haud tutam esse, siquando hæmoptysi laboretur.

Ingeniof. CARMICHAEL SMYTH, jactatione in sede pensili uti, phthisicos hortatur, ut quæ, illo teste, motus cordis et arteriarum retardavit, immò complures ægros, viribus magnoperè confectis, in sanitatem reduxit. Sed utrùm ambulare, equitare, aut in sede pensili jactari, ægrotum jubeas, nunquam ut sinas memento, se fatigare, calefacere, aut aëre frigido humidove exire domo. His rebus observatis, lenis exercitatio fortasse omnis generis phthisicis prosit, tussim levet, vires recreet, sanguinem ab interioribus ad cutim promoveat.

Secundum nonnullos, autem, phthisicum die nocteque in cubiculo vivere, et aërem calefactum, et semper temperiei ejusdem, inspirare oportet. Illis enim persuasum est, ita commodis regionis calidioris ægrum posse frui. Exemplum unum egomet vidi, quod hanc opinionem confirmare videtur. Quædam fœmina, circiter viginti annos nata, cui labes erat hæreditaria,

hæreditaria, et habitus phthiſicus, tuſſi brevi et ſiccâ, dyſpnœâ, dolore ſub ſterno, et ſummo languore, per complures menſes laborabat. Expertiſſimus medicus, eam in cubiculo includi, in temperie circiter 60° thermom. FAHR. continuò, ſervari juſſit. Per totam hiemem ita vixit; ſigna phthiſica paulatim ſiebant meliora, donec prorſus abierunt, nec in hanc diem reverterunt.

Sed omnibus exercitationibus antehac dictis, navigatio longè præſtare videtur; quippe quæ motum leniorem, temperiem æquabiliorem, præbet, nauſeam ciet, et perſpirationem excitat continuam. Hinc pulſus ſit tardior, ſignaque omnia mitiora. Aër etiam, ut nonnulli volunt, ex ſalinâ materiâ in eo ſolutâ, ſit ſalubrior. Quocunque modo phthiſicis navigatio proſit, ab omnibus ferè ſcriptoribus magnoperè collaudata eſt. De hac re, accipe verba CELSI: "In phthiſi opus eſt, ſi vires patiuntur, longâ navigatione; ſi id imbecillitas non ſinit, navi tamen, ſed non longè geſtari commodiſſimum." CICERO ipſe exemplum

plum illuſtre erat phthiſis ita ſanatæ: "Debilis," inquit, "et marceſcens, ab inſtante phthiſi, in Aſiam navigavi, et poſt duos annos Romam redii, ſummâ valetudine vigens." Quoniam igitur inter omnes convenit, navi vehi phthiſicis eſſe ſaluberrimum; nonne hæc exercitatio ſæpius et maturiùs adhibenda eſt?

Emetica, vel ut vomitum vel ut nauſeam ciant, multi medici laudant affirmantque ſæpenùmerò expectorationem faciliorem et ſanguinis fluxum ad pulmones reddere minorem. Certè ſcimus ad glandularum obſtructiones externarum reſolvendas, præcipue ad teſtium inflammationem cohibendam, haud raro eſſe utiliſſima. Sed quod valdè deſiderandum eſt, tubercula ipſa diſcutere valere, experientia credere non ſinit. MARRYAT autem * magnoperè commendat quod appellat "vomitum ſiccum," omni mane per complures dies repetitum: e. g. "℞. antimon. tartariſat. cupri vitriolat. ā ā gr. viij. M. Divide

* Vid. "New Practice of Phyſic."

de in tres partes æquales, quarum una capiatur mane ante jentaculum." Clar. autem DUNCANUS, cujus teſtimonium ſemper multi æſtimandum eſt, emetica in multis phthiſis exemplis a ſe adhibita, nil boni, ſed potiùs malum attuliſſe, nos facit certiores. At ſi quando emeticis uti velimus, potiùs vomitus, quàm nauſea longa moveatur, nec etiam illa ſæpe excitetur. Nauſea enim ex medicamentis orta, longè aliter ſe habet, ac quæ navigatione naſcitur. Hæc ſtomachum haud raro firmat, et appetitum creat; illa ſtomachum ſolvit, et ægrum fruſtrà reddit miſerrimum. Si ad vomitum ſpectamus, ipecacuanham; ſi ad nauſeam, antimonium tartariſatum præſtare dicunt.

De uſu corticis Peruviani in hoc morbo, variæ ſunt opiniones. Alii medici, ſecretionem purulentam corrigere, hecticam cohibere, et inflammationem coheſivam, quæ ulcera pulmonum ſanet, poſſe creare; alii contrà diatheſin phlogiſticam, ideóque puris ſecretionem augere, expectorationem diffici-

liorem reddere affirmant. Fortaſſe autem ſignis inflammatoriis abſentibus, et dyſpnœâ haud multùm vexante, parvis doſibus, cortex Peruvianus, non ſolùm tutè ſed commodè adhibeatur. Interdum clar°. DUNCANO teſte, ſudores colliquativos compeſcere, ſecretionem in melius mutare, immo etiam ulcera ipſa ſanare valuit.

De balſamis quoque terebinthinis et gummi-reſinis, medici certare inter ſe gaudent. Nonnulli, præſertim FOTHERGILIUS *, omnia ſine diſcrimine condemnant, quippe quæ nimis ſtimulent, hecticam et cætera mala augeant. Multi, e contrario, hæc medicamenta, alius aliud, multùm laudant. MARRYOT, balſamum Peruvianum, gummi-ammoniacum, ſed præcipue balſamum Copaibæ, aromaticis junctis, maximè commendat, atque dicit ſeipſum hecticâ, diarrhœâ, ſudore colliquativo laborantem, ope vomitûs ſicci et balſami Copaibæ, in priſtinam valetudinem rediiſſe. " I repeated the dry vomiting, (inquit ille), every

* Vid. Lond. Med. Obſerv. vol. iv.

every morning for ſeveral days, and the balſam of Copivi twice a-day, and ſwallowed a teacup-full of pork-broth as often as I could; in a word, I purſued the ſame method, which I have ſince recommended to thouſands in the ſame diſorder, with the ſame ſucceſs; and, in ſix weeks, was perfectly recovered; nor have ever ſince felt the ſlighteſt complaint, but at this preſent time of writing am as healthy and hearty a grey-headed old fellow as any in his Majeſty's dominions." Noſter accuratiſſ. DUNCANUS, SIMMONS, SAUNDERS, &c. gummi-myrrhum ante alia laudant, et ne nimis ſtimulet, urgente diarrhœá, nitrum, alvo adſtrictâ, chryſtallos tartari conjungere ſolebant.

Digitalis purpurea a multis eruditiſſimis medicis præcipuis laudibus effertur. DRAKE, FOWLER, MACLEAN, BEDDOES, et alii, multos phthiſicos, in omnibus morbi ſtadiis, ope hujus plantæ ſe vidiſſe ſanari, aut ſi aliquando res non ita proſperè evaſerunt, tamen digitali adhibitâ, ægrum ſemper minùs pati, vitam longiùs protrahi, et mortem terroribus ſpoliatam

liatam esse declarant. BEDDOES, spe et gaudio elatus, de digitali ita exclamat: "If the subsequent harvest correspond to the first fruits, there is a cause for national rejoicing, greater and more universal than any that has ever before occurred." Hi medici aut tincturam saturatam foliorum digitalis, aut decoctionem, jubere; et corticem Peruvianam, varia aromatica, et acidum vitriolicum, vel eodem tempore, vel signis mitioribus factis, et digitali omissâ, postea adhibere solebant. Ad minuenda, si non prorsùs abolenda mala, quæ ab usu liberali hujus narcoticæ sæpe oriuntur, quorum sunt nausea intolerabilis, et vomitus, dolor capitis, vertigo, læsa visio, pulsus maximè tardus, debilis et irregularis, tinctura opii, acida, præsertim succus limonis, utilissima inveniebantur. De virtutibus hujus medicamenti, variæ sunt sententiæ; quum alii ad sidera evehunt laudibus, alii haud flocci æstimant. Fortasse autem medio tutissimi ibimus, et his verbis MACLEAN unius ex ejus fautoribus, nil melius nec verius dicere possumus:

ſumus: "Upon the whole, then," inquit ille candidus et ingenioſ. medicus, "the foxglove will be found a valuable remedy in conſumption. It will ſometimes cure when the moſt approved remedies fail. When of itſelf it is inſufficient to ſubdue the diſeaſe, it will prove a valuable auxiliary to other means. It has always with me quieted and ſoothed the patient more or leſs; and, where it ultimately failed, it lengthened the duration of life, and ſmoothed the avenues of death. This is all, I apprehend, it will be found capable of performing; but this is doing a great deal. Thoſe who expect wonders from it, or that it will in general cure conſumption, will be diſappointed."

Pro digitali BEDDOES uti marrubio nuper propoſuit, ut, quod tutius ſit, omnesque virtutes digitalis in ſe habeat.

De variis gaſibus, ut hydrogenio, acido carbonico,—et vaporibus, ut reſinarum et ætheris vitriolici,—inhalandis, tempus loqui non ſinit. Gas autem acidum carbonicum, ſilen-

tio

tio præterire non poſſum, ut qui complures audivi phthiſicos ope ejus aëris ſanari, et qui exemplum memorabile narrare volo. Hunc caſum nuper accepi a quodam ex meis amicis, chirurgo eruditiſſimo ſolertiſſimoque Roberto Briggs, qui teſtem ejus veritatis noſtrum clarum Duncanum nuncupat. Verba igitur hujus chirurgi Latinè reddo: " Quædam mulier, ætatis novemdecim, capillis rubris, et habitu tenuiore, nuper in matrimoniam ducta, quum ad ſeptentrionem faceret iter, menſe Septembris anno MDCCXCVIII, ſignis catarrhi correpta. Per aliquod tempus poſtquam ad Edinburgum redierat, hæc ſigna ſatis mitia erant, tandem deteriora fiebant, vehementi febri, capitis pectoriſque dolore comitantibus. Compluribus diebus res ita ſe habebant, donec copioſa expectoratio flavi coloris, et ſanguine ſtriata, ſupervenit, et ad idus Novembris manebat imminuta. Nunc verò ægra ſummâ debilitate, diarrhœâ colliquativâ, et febre hecticâ laborabat; expectoratio quoque erat difficillima. Varia

remedia

remedia a noſtro DUNCANO et ROBERTO BRIGGS fruſtrà adhibita ſunt; omnia ad pejora indies ruebant, et mors citò appropinquare videbatur. Carbonicum acidum gas, velut ultima ſpes, in pulmones inhalari juſſum eſt. Haud amplius unâ nocte, a tali aëre inſpirato, expectoratio in melius mutata eſt, diarrhœa minus urgebat. Per complures dies paulatim vires auctæ erant, nec vehementi diarrhœâ, nec flavâ expectoratione redeunte; aëre fixo autem omiſſo, ſigna deteriora, iterum inhalato, ut antea meliora facta ſunt. Aëra hoc gaſe oneratum uſque ad Januarium inſpiravit; tunc temporis medico haud longius opus erat: Phthiſica priſtinam valetudinem recuperaverat, et in hunc diem, ſecundâ ut antea fruitur. Gas hoc modo abundè ſuppeditabatur; globo e creta facto, in pelvem inter aquam poſito, identidem cochlearium acidi ſulphurici diluti additum erat. Hæc mulier in cubiculo incluſa erat, et interdum noctu pelvis cum creta in lecto poſita, et mirabile dictu, vapores, aliis inimici, ægræ

ſatis

ſatis jucundæ erant." Hoc exemplum phthiſeos ope aëris fixæ ſanatæ, ſummâ auctoritate comprobatum, ſat mihi eſt memorâſſe.

Palliativa.—Si contra phthiſin fruſtrà pugnatum ſit, et de ægro infelici deſperandum, ſaltem, mala lenire, ab ærumnis perfugium et ſolatium præbere, et viam lethi quàm minimè tetram reddere, nos ſummâ ope niti decet. Ægro miſérrima ſunt præcipue, tuſſis et dyſpnœa, dolores per pectus, interdum per totum corpus lancinantes, ſudores, et diarrhœa.

Ad tuſſim et dyſpnœam mitigandam, varia expectorantia adhibeantur. Noſter illuſt. Rutherford, multùm laudat ſcillam, cum gummi-ammoniaco conjunctam. Omnibus aliis autem opium longè præſtat. Nonnulli opio uti timent, ne diatheſin phlogiſticam augeant, expectorationem cohibeant, ſudoreſque reddant majores. Sed ſi opium, quòd inter omnes convenit, a miſeriis requiem et ſom-

num

num ægro præbet, plùs boni quàm mali femper afferet, et fine metu adhibendum eft.

Ad dolores lancinantes compefcendos applicentur fotus, emplaftra aut hirudines. His autem fruftrà adhibitis, ad opium confugere oportet.

Ad fudores reprimendos fi diathefis inflammatoria non erat magna, multùm profuit cinchona. Magnoperè adjuvant varia acida, præter alia acidum vitriolicum. Intereft quoque ægri, ut lecto quàm pauciffima fint ftragula, et ut ipfe primo mane affurgat.

Ad diarrhœam cohibendam, creta, alumen, gummi-kino, terra Japonica, et opium, funt utiliffima. Et nulli fortaffe fecundum locum tenet infufum catechu thebaicum.

F I N I S.